Quelle:
Copyright:



170. Cod. CCLXXII. n. 1–3.

Cod. CCLXXII.

B 5. 5.

Chartac: Fol: Saec: 15.

1.

S. Gregorii M. liber de cura pastorali. 1a–44b

S: Gregorii M: Liber de cura pastorali. Incipit "Pastoralis cura" &c. Totus ut in Cod: CCLXIV.

2.

Ejusdem libr. IV dialogor. " 44b–106b

Ejusdem IV libri dialogorum. Incip: "Qua, dam die dum". Satis de his dictum in Cod: CCXLVI.

3.

Conradi de Saxonia cognom. Holzingarii Speculum B: V. M. " 107a–143a

Conradi de Saxonia cognomine Holzingarii Speculum B: V. Mariæ. Rubrica est: "Incipit Speculum Marie utilis libellus"; initium: "Quoniam ut ait beatus Jeronimus nulli dubium est quin totum ad gloriam Dei pertineat quidquid digne genitrici sue impensum fuerit Ideo &c: ejusdem matris salutacionem pro materia assumere dignum duxi." Est itaque tractatus super Salutatione angelica, unde autem Speculi nomen hauserit ignoro. De authore quoque disserere hactenus eruditi. Oudinus et Caveus, quibus adstipulantur alii, quæ editiones illud vindicant Bonaventuræ Baduario (a); alii doctori Seraphico. Sed rem, ut mihi videtur confecit Benedictus Cavalieus in Brodromo ad Opp. S: Bonaventuræ t: 8. part: 2. c: 2. § 7. col: 706 legg: ubi ex gravissimo testimonio Joann: de Turrecremata, alignum, que authorem statuit Conradum de Saxonia, cognomine Holzingarium Ord: Min: Saec: 13. & 14. Plura vide in Brodromo l: c:

(a) Ord: Eremit. S. Aug: ao 1380.